

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora III. Vesperas & Completiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

500 H O R O L O G I V M

Et stimulum patientie ac fiducia. Tradere censem benedictum, quo ager protestetur se mori velle in fide Catholica, et sperare lucem aeternam per Christi merita, qui est lux vera: denique se esse paratum et instruendum, instar Virginis prudentis lampade ardente oleo Charitatis, ad obviandum Sponso cœlesti. X I. Inchoante agone recita, Proficisciere anima Christiana, aliquaque preces et affectus, donec expiret moribundus. X II. Post mortem, ora subvenite Sancti Dei &c. quæ habes in Breviario. Deinde moestos Amicos consolare, eis vitæ brevitatem, mundi vanitatem, bene morientium felicitatem in memoriam revoca. Ad extremum adorationes et eleemosynas pro defuncto offerenda shortare; et ipse Sacrificia ac preces promitte; teq; ad religiosè vivendum et sancte moriendum excita. Hæc et similia vide prolixe in instructione practica P. Lobner integro libro exposita.

H O R A III.

Vesperas & Completorium.

Canta vel recita, juxta præxim manè hora quinque prescriptam, subiungere lectionem libri spiritualis.

Lectione

L
tri
justino
mentur
Aurena
satuto
tem sob
institutu

I. L
modum
distinct
qua ha
numer

II. I
ut fand
doceas
moner
tam qz
volumi

III.
jenda
multa
tiorem
ingenit
Quema
tatione

IV.
ficies
ciant i

V.
mititu

Lectio libri Spiritualis:

Lectio hæc est orationis germana soror, adiutorix & subsidium: est SS. Chrysostomo & Au-
gustino testibus, spiritualis animæ cibos & nutri-
mentum: hinc eam Timotheo suadet Apostolus:
Attende lectioni. 1 Tim. 4. Huic itaque indies
statuto tempore semihoram aut saltem quadran-
tim solidum tribue; atque ut majore eam fructus
instituas, sequentia servare satage.

I. Lectio hæc ascetica, non sit festina, quemad-
modum historias legere consuevimus, sed tarda,
distincta, quiera, & attenta: imitanda gallina,
qua haustis aliquot aquæ & guttis mox caput in al-
lumerigunt, & in oculum suspiciunt.

II. Dirigenda lectio ad hoc, non ut doctior, sed
ut sanctior evadas: non ut discas præcise, aliosve
doceas: sed ut ipsem in virtutibus proficias. Ita
monet S. Bernardus: si ad legendum accedat, non
tam quarat scientiam, quam saporem & gustum
voluntatis.

III. Non nimis multa uno eodemq; tempore le-
genda, nec multæ pagina unâ vice percurrendæ:
multa enim lectio fatigat; neque tam reficit in-
teriorum animum, quam frangit, sensumque &
ingenium hebetat, ut docet idem S. Bernardus.
Quemadmodum multa cibi, cum modica masti-
tatione, ingestio, nutritioni obest.

IV. Legendi sunt libri, ut suadent SS. PP. non dif-
ficiles & subtile, sed faciles, non qui curiosè pas-
cant intellectum, sed qui piè inflamment affectum.

V. Denique ad fructum è lectione referendum
mutum facit, ante lectionem implorare gratiam
divi-

divinam & cogitare, sicut in oratione nos loqui-
mur cum Deo, ita in piorum librorum lectione,
Deam loqui nobiscum: dicendum igitur ante lec-
tionem cum Samuele: laquere Domine quia au-
dit servus tuus: post tandem gratia agenda & pro in-
structione & lumine; si resque petenda pro le-
ctorum adimplerione.

HORA IV. & V.

Studium, lectio, scriptio, veluti manè ad ha-
ram X. expositum est, aliæve occupationes neces-
saria aut utiles pro cujusque officio.

HORA VI.

Duabus heris studio impensis, aliquantulum
respira, ne nimis diu ad laborem studiorum in-
cumbas. Recitari possunt Rosaria, aliæve parva
officia, aut preces pro diversitate anni temporum
aut dierum. Nunc lege, nunc ora, nunc cum fir-
vore labora: sic erit hora brevius; sic labor ipse levius.

HORA VII.

A medio septimæ, vel horâ septimâ ad olla-
vam cœna & relaxatio animi nonnulla, juxta
praxes ad horam XI. XII. signatas.

HORA VIII.

Recita litanias de omnibus Sanctis: idque
cum majore devotione pergas: prosternete co-
ram sanctissima Trinitate, in cœlesti regno, cir-
cumdatâ innumerâ multitudine Angelorum &

SAN-

